

## RYT XV

# NABOŻEŃSTWA W JĘZYKU ŁACIŃSKIM

## **Konstytucja o liturgii świętej „Sacrosanctum concilium” (wyjątki)**

36.§1. W obrzędach łacińskich zachowuje się używanie języka łacińskiego, poza wyjątkami określonymi przez prawo szczegółowe.

§2. Ponieważ jednak i we Mszy świętej, i przy sprawowaniu sakramentów, i w innych częściach liturgii użycie języka ojczystego nierzadko może być bardzo pożyteczne dla wiernych, można mu przypisać więcej miejsca, zwłaszcza w czytaniach i pouczeniach, w niektórych modlitwach i śpiewach, stosownie do zasad, które w tej dziedzinie ustala się szczegółowo w następnych rozdziałach.

§3. Przy zachowaniu tych zasad powzięcie decyzji o wprowadzeniu języka ojczystego i o jego zakresie należy do kompetencji kościelnej władzy terytorialnej, o której mowa w art. 22 § 2, w wypadku zaś gdy sąsiednie okręgi używają tego samego języka – po zasięgnięciu także rady ich biskupów. Decyzja ta musi być zatwierdzona przez Stolicę Apostolską.

§4. Przekład tekstu łacińskiego na język ojczysty do użytku liturgicznego powinien być zatwierdzony przez kompetentną kościelną władzę terytorialną, wyżej wspomnianą.

54. Zgodnie z art. 36 niniejszej Konstytucji można pozwolić we Mszach odprawianych z udziałem wiernych na stosowanie języka ojczystego w odpowiednim zakresie, zwłaszcza w czytaniach i „modlitwie powszechniej”, oraz jeżeli warunki miejscowe tego wymagają, w tych także częściach, które należą do wiernych.

**Należy jednak dbać o to, aby wierni umieli wspólnie odmawiać lub śpiewać stale teksty mszalne, dla nich przeznaczone, także w języku łacińskim.**

Jeżeli jednak okazało się gdzieś potrzebne szersze zastosowanie języka ojczystego we Mszy świętej, należy zachować postanowienie art. 40 niniejszej Konstytucji.

116. Śpiew gregoriański Kościół uznaje za własny śpiew liturgii rzymskiej. Dlatego w czynnościach liturgicznych powinien on zajmować pierwsze miejsce wśród innych równorzędnych rodzajów śpiewu.

Nie wyklucza się ze służby Bożej innych rodzajów muzyki kościelnej, zwłaszcza polifonii, byleby odpowiadały duchowi czynności liturgicznej.

## Modlitwa rycerska przed i po Mszy Świętej

Non nobis, Domine, non nobis;  
sed nomini tuo da gloriam

### Różaniec i inne modlitwy

+] **In nomine Patris**, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

**1. Credo** in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae; et in Jesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum; qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine; passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et sepultus; descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis; ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est iudicare vivos et mortuos.

Credo in Spiritum Sanctum; sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem; remissionem peccatorum; carnis resurrectionem; vitam aeternam. Amen.

**2 Pater noster**, qui es in caelis, sanctificetur nomen Tuum, adveniat regnum Tuum, fiat voluntas Tua sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos a malo. Amen.

**3 Ave, Maria**, gratia plena, Dominus Tecum; benedicta Tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris Tui, Jesus.

Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostraræ. Amen.

**4 Gloria Patri**, et Filio, et Spiritui Sancto, sicut erat in principio et nunc, et semper et in saecula saeculorum. Amen.

**5 Domine Jesu**, dimitte nobis debita nostra, salva nos ab igne inferiori, perduc in caelum omnes animas, praesertim eas, quae misericordiae tuae maxime indigent.

**6 O Maria** sine labe originali concepta, ora pro nobis, qui ad Te confugimus et pro omnibus qui ad Te non confugiunt et praesertim pro massonibus et inimicis Sanctae Ecclesiae et commendatis Tibi. Amen.

**7 Sub Tuum praesidium** confugimus sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, Consolatrix nostra.

Tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repreaesenta. Amen.

## **8 MYSTERIA GAUDIOSA:**

1. Annuntiatio
2. Visitatio
3. Nativitas
4. Praesentatio
5. Inventio in Templo

## **MYSTERIA LUMINOSA:**

1. Baptisma Domini nostri
2. Nuptiae Canenses
3. Proclamatio Regni Dei
4. Transfiguratio
5. Institutio Eucharistiae

## **MYSTERIA DOLOROSA:**

1. Agonia in Hortu
2. Flagellatio
3. Coronatio Spinis
4. Baiulatio Crucis
5. Crucifixio et Mors

**MYSTERIA GLORIOSA:**

1. Resurrectio
2. Ascensio
3. Descensus Spiritus Sancti
4. Assumptio
5. Coronatio in Caelo.

**9 Angelus Domini** nuntiavit Mariae.

Et concepit de Spiritu Sancto.

*Ave Maria...*

Ecce ancilla Domini,

Fiat mihi secundum verbum tuum.

*Ave Maria...*

Et Verbum caro factum est,

Et habitavit in nobis.

*Ave Maria...*

Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix,

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**V. Oremus. Gratiam tuam, quae sumus, Domine, mentibus nostris infunde; ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum.**

**R. Amen.**

**10 Requiem aeternam** dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.

Requiescant in pace. Amen.

**11 Sancte Michael Archangele**, defende nos in proelio; contra nequitiam et insidias diaboli esto praesidium. Imperet illi Deus, supplices deprecamur, tuque: Princeps militiae caelestis, satanam aliosque spiritus malignos qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute in infernum detrude. Amen

**12 Salve Regina**, mater misericordiae: Vita, dulcedo et spes nostra, salve. Ad Te clamamus, exules, filii Hevae. Ad Te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eia ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte, et Jesum, benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens: o pia: o dulcis Virgo Maria.

## **Obrzędy Mszy Świętej**

[V] Dominus vobiscum.

[R] Et cum spiritu tuo.

**1. [+]** Confiteor Deo omnipotenti et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, opere, et omissione:  
mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

[+] Kyrie, eleison.  
Christe, eleison.  
Kyrie, eleison.

**2.[+]** Gloria in excelsis Deo  
et in terra pax hominibus bonae voluntatis.  
Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus, Rex caelstis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite,  
Jesu Christe,

Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus

Jesu Christe,  
cum Sancto Spiritu: in gloria Dei Patris. Amen.

**3. [V]** Verbum Domini.

**[R]** Deo gratias.

**[V]** Lectio sancti Evangelii secundum N.

**[R]** Gloria tibi, Domine.

**[V]** Verbum Domini.

**[R]** Laus tibi, Christe.

**4. [+]** Credo in unum Deum,

Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato; passus et sepultus est, et resurrexit tertia die, secundum Scripturas, et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum Glorio, iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas.

Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.

**5. [R]** Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiae suaे sanctae.

**6. [V]** Dominus vobiscum.

**[R]** Et cum spiritu tuo.

**[V]** Sursum corda.

**[R]** Habemus ad Dominum.

**[V]** Gratias agamus Domino Deo nostro.

**[R]** Dignum et iustum est.

**[+]** Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

**7. [V]** Mysterium fidei.

**[R]** Mortem tuam annuntiamus, Domine, et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.

**8. [+]** Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen Tuum, adveniat regnum Tuum, fiat voluntas Tua sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos a malo. Amen.

**9. [+]** Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria in saecula.

**[V]** Pax Domini sit semper vobiscum.

**[R]** Et cum spiritu tuo.

**[V]** Orate, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

**10. [+]** Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

**11. [+]** Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

## Modlitwy i śpiewy łacińskie

**Regina Caeli**, laetare, alleluia,  
Quia quem meruisti portare, alleluia,  
Resurrexit, sicut dixit, alleluia,  
Ora pro nobis Deum, alleluia.

**V. Gaude et laetare Virgo Maria, alleluia,**  
**R. Quia surrexit Dominus vere, alleluia.**

Oremus.

**Deus, qui per resurrectionem**

**Filii Tui Domini nostri Iesu Christi mundum laetificare dignatus es: praesta, quaesumus, ut, per eius Genitricem Virginem Mariam, perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eumdem Christum Dominum nostrum.**

R. Amen

## Litana Loretańska

Kyrie, eleison. Christe, eleison.

Kyrie, eleison. Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de caelis, Deus, **miserere nobis**

Fili, Redemptor mundi, Deus,

Spiritus Sancte, Deus,

Sancta Trinitas, unus Deus,

Sancta Maria, **ora pro nobis**

Sancta Dei Genetrix,

Sancta Virgo virginum,

Mater Christi,

Mater Ecclesiae,

Mater divinae gratiae,

Mater Misericordiae,

Mater purissima,

Mater castissima,

Mater inviolata,

Mater intemerata,

Mater amabilis,

Mater admirabilis,

Mater boni consilii,

Mater Creatoris,

Mater Salvatoris,

Virgo prudentissima,

Virgo veneranda,

Virgo praedicanda,

Virgo potens,

Virgo clemens,

Virgo fidelis,

Speculum iustitiae,

Sedes sapientiae,

Causa nostrae laetitiae,

Vas spirituale,

Vas honorabile,

Vas insigne devotionis,

Rosa mystica,

Turris Davidica,

Turris eburnea,

Domus aurea,

Foederis arca,

Ianua caeli,

Stella matutina,

Salus infirmorum,

Refugium peccatorum,

Consolatrix afflictorum,

Auxilium Christianorum,

Regina Angelorum,

Regina Patriarcharum,

Regina Prophetarum,

Regina Apostolorum,

Regina Martyrum,

Regina Confessorum,

Regina Virginum,

Regina Sanctorum omnium,

Regina sine labe originali concepta,

Regina in caelum assumpta,

Regina sacratissimi Rosarii,

Regina familiae,

Regina pacis,

Regina Poloniae,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis

**V. Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix.**

**R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.**

**V. Oremus. Concede nos famulos tuos, quae sumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitatem gaudere, et gloriosae beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfungi laetitia. Per Christum Dominum nostrum.**

R. Amen.

**Magnificat** \* áima mea Dóminum,  
et exsultávit spíritus meus \*  
in Deo salutári meo;  
quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ, \*  
ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.  
Quia fecit mihi magna, qui potens est: \*  
et sanctum nomen eius,  
et misericórdia eius a progénie in progénies \*  
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo, \*  
dispérsit supérbos mente cordis sui,  
depósuit poténtes de sede, \*  
et exaltávit húmiles,  
esuriéntes implévit bonis, \*  
et dívites dimísit inánes.  
Suscépit Israel, púerum suum, \*  
recordátus misericórdiæ suæ,  
sicut locútus est ad patres nostros, \*  
Abraham et sémini eius in sæcula.

Glória Patri, et Fílio, \*  
et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princíprio, et nunc et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

**Te Deum laudamus:**

te Dominum confitemur.  
Te aeternum Patrem  
omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli;  
tibi caeli et universae Potestates;  
Tibi Cherubim et Seraphim  
incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus  
Deus Sabaoth.  
Pleni sunt caeli et terra  
maiestatis gloriae tuae.

Te gloriosus Apostolorum chorus,  
Te Prophetarum laudabilis numerus,  
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum  
sancta confitetur Ecclesia,  
Patrem immensae maiestatis:  
Venerandum tuum verum  
  
et unicum Filium;  
Sanctum quoque  
  
Paraclitum Spiritum.  
Tu Rex gloriae, Christe.  
Tu Patris sempiternus es Filius.  
  
Tu ad liberandum suscepturus hominem,  
non horruisti Virginis uterum.

Tu, devicto mortis aculeo, aperuisti  
credentibus regna caelorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.  
Iudex crederis esse venturus.

(Ad hoc versum omnes se inclinant)

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni:  
quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum,  
Domine, et benedic hereditati tuæ.  
Et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te;  
Et laudamus Nomen tuum in sæculum,  
et in sæculum sæculi.

Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire.  
Miserere nostri domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua,  
Domine, super nos,  
quemadmodum speravimus in te.  
In te, Domine, speravi:  
non confundar in æternum.

**V. Benedicamus Patrem, et Filium, cum Sancto Spiritu.**

**R. Laudemus, et superexaltemus eum in sæcula.**

**V. Benedictus es, Domine, in firmamento cæli.**

**R. Et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.**

**V. Domine, exaudis orationem mean.**

**R. Et clamor meus ad te veniat.**

**V. Dominus vobiscum.**

**R. Et cum spiritu tuo.**

**Oremus. Deus, cuius misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: + piissimae maiestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes; \* ut, qui pentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad præmia futura disponas. Per Christum Dominum nostrum.**

**R. Amen**

1. **Adoro te devote**, latens Deitas, \* quae sub his figuris vere latitas; \* tibi se cor meum totum subiicit, \* quia te contemplans totum deficit.
2. Visus, tactus, gustus in te fallitur, \* sed auditu solo tuto creditur; \* credo quidquid dixit Dei Filius, \* nil hoc verbo veritatis verius.
3. In cruce latebat sola Deitas, \* at hic latet simul et humanitas; \* ambo tamen credens atque confitens, \* peto quod petivit latro paenitens.
4. Plagas, sicut Thomas, non intueor; \* Deum tamen meum te confiteor; \* fac me tibi semper magis credere, \* in te spem habere, te diligere.
5. O memoriale mortis Domini, \* Panis vivus, vitam praestans homini; \* praesta meae menti de te vivere \* et te illi semper dulce sapere.
6. Pie pellicane, Iesu Domine, \* me immundum munda tuo sanguine; \* cuius una stilla salvum facere, \* totum mundum quit ab omni scelere.
7. Iesu, quem velatum nunc aspicio, \* oro fiat illud quod tam sitio; \* ut te revelata cernens facie, \* visu sim beatus tuae gloriae. Amen.

1. **Tantum ergo Sacramentum** \* veneremur cernui: \* et antiquum documentum \* novo cedat ritui: \* praestet fides supplementum \*sensuum defectui.
2. Genitori, Genitoque \* laus et iubilatio, \* salus, honor, virtus quoque \* sit et benedictio: \* procedenti ab utroque \* compar sit laudatio. Amen.

**1. Veni, Creator Spiritus**, Mentes tuorum visita,

Imple superna gratia, Que tu creasti pectora.

2. Qui diceris Paraclitus, Altissimi donum Dei,

Fons vivus, ignis, caritas, Et spiritualis unctio.

3. Tu septiformis munere, Digitus paternae dexteræ,

Tu rite promissum Patris, Sermone ditans guttura.

4. Accende lumen sensibus: Infunde amorem cordibus:

Infirma nostri coporis Virtute firmans perpeti.

5. Hostem repellas longius, Pacemque dones protinus:

Ductore sic te praevio Vitemus omne noxium.

6. Per te sciamus da Patrem, Noscamus atque Filium,

Teque utriusque Spiritum Credamus omni tempore.

7. Deo Patri sit gloria, Et Filio, qui a mortuis

surrexit, ac Paraclito, In saeculorum saecula.

Amen

**Ubi caritas** et amor,  
ubi caritas,  
Deus ibi est.

**Laudate Dominum**, laudate Dominum,  
Omnes, gentes, alleluja

**Misericordias** Domini in aeternum cantabo.

**O... Surrexit** Christus, alleluja!  
O... Cantate Domino, alleluja!

**Adeste, fideles**

Adeste, fideles, laeti triumphantes:  
Venite, venite in Bethlem:

Natum videte Regem Angelorum.

*Venite, adoremus. Venite, adoremus.*

*Venite, adoremus Dominum.*

En grege relicto, humiles ad cunas

Vocati pastores appoperant:

Et nos ovanti gradu festinemus:

*Venite, adoremus...*

Aeterni Parentis splendorem aeternum

Velatum sub carne videbimus.

Deum infantem pannis involutum.

*Venite, adoremus...*

Pro nobis egenum, et foeno cubantem

Piis foveamus amplexibus:

Sic nos amantem quis non redamaret ?

*Venite, adoremus...*

Qui foeno iacebat panis speciebus,

Pro nobis effectus Emmanuel.

Sic nos amantem, quis non redamaret?

*Venite, adoremus...*

**Christus vincit! Christus regnat! Christus imperat!**



Zakon Rycerzy Świętego Jana Pawła  
Wielkiego

Ordo Militiae Sancti Ioannis Pauli  
Magnum

ul. Floriańska 3

03-707 Warszawa